

Ille dixit: Dómine, ut vídeam. Et Jesus dixit illi: Réscipe, fides tua te salvum fecit. Et conféstim vidit, et sequebátur illum, magníficans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

OFFERTORIUM (Ps. 118) Benedictus es, Dómine, doce me justificatiónes tuas: in lábiis meis pronuntiávi ómnia iudícia oris tui.

SECRETA - Hæc hóstia, Dómine, quæsumus, emúndet nostra delicta: et, ad sacrificium celbrándum, subditórum tibi corpóra mentésque sanctíficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

COMMUNIO (Ps. 77) Manducavérunt, et saturáti sunt nimis, et desidérium eórum áttulit eis Dóminus: non sunt fraudáti a desidério suo.

POSTCOMMUNIO - Quæsumus, omnipotens Deus: ut, qui cælestia aliménta percépimus, per hæc contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

dravila. A ihned prohlédł a šel za ním velebě Boha. A veškeren lid uzřev to, vzdal chválu Bohu.

OBĚTOVÁNÍ (Ž. 118, 12 a 13) Požehnaný jsi, Pane, uč mne ustanovením svým; rty svými prohlašoval jsem všechna ustanovení úst tvých.

TICHÁ MODLITBA - Tato oběť, Pane, prosíme, nechť smyje naše viny a těla a duše tobě poddaných ke slavení oběti posvěti. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, jenž s tebou žije a kraluje.

K PŘIJÍMÁNÍ (Ž. 77, 29 a 30) Jedli a nasýtli se do vůle a touhu jejich vyplnil jim Pán; nejsou zklamáni v touze své.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Prosíme, všemohoucí Bože, abychom, kteří jsme nebeské pokrmy přijali, byli jimi chráněni proti všemu protiventství. Skrze Pána.

## Neděle druhá po Devítníku (Quinquagesima)

INTROITUS (Ps. 30, 3-4) Esto mihi in Deum protectórem, et in locum refúgii, ut salvum me fácias: quóniam firmaméntum meum et refúgium meum es tu: et propter nomen tuum dux mihi eris, et enútries me. (Ps. ib. 2) In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; in justítia tua líbera me et éripe me. V. Glória Patri.

ORATIO - Preces nostras, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi; atque, a peccatórum vínclulis absolúto, ab omni nos adversitaté custódi. Per Dóminum nostrum Jesum.

LÉCTIO Epístolæ b. Pauli Apóstoli ad Corínthios (1,c. 13, 1-13). Fratres: Si linguis hómínu loquar et Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus sum velut æas sonans aut cýmbalum tinniens. Ei si habuéro prophetiam, et novérim mystéria ómnia, et omnem sciéntiam: et si habuéro omnem fidem, ita ut montes transférám, caritátem autem non habuéro, nihil sum. Et si distribuéro in cibos páuperum omnes facultátes meas, et si tradídero corpus meum, ita ut árdeam, caritátem autem non habuéro, nihil mihi prodest. Cáritas pátiens est, benígna est. Cáritas

VSTUP (Ž. 30, 3-4) Budíž mi Bohem ochráncem a místem útočiště, abys mne spasil, neboť síla má a útočiště moje jsi ty. A pro jméno své vřdcem mi buď a živ mne. (Ž. tamt. 2) V tebe jsem, Pane, doufal, ať nejsem zahanben na věky; pro spravedlnost svou vysvoboď mne a vytrhni mne. V. Sláva Otci i Synu i Duchu Svatému.

MODLITBA - Prosby naše, prosíme, Pane, milostivě vyslyš: a nás, pout hříchů zproštěné, ode všeho protiventství ochraň. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, jenž s tebou žije.

ČTENÍ z prvního listu sv. Pavla ke Koríntským (13, 1-13). Bratři! Kdybych mluvil jazyky lidskými i andělskými, lásky však neměl, byl bych jako kov zvučící nebo zvonec znějící. A kdybych měl dar proroctví a znal všechna tajemství a veškerou vědu, a kdybych měl veškerou víru, takže bych hory přenášel, lásky však kdybych neměl, ničím bych nebyl. A kdybych rozdál na pokrmy chudých veškeren statek svůj a vydal své tělo k spálení, lásky však kdybych neměl, nic by mi to neprospělo. Láska je shovívavá, je dobrotivá; láska nezávidí, nechlubí se, nenadýmá

Cáritas non æmulátur, non agit pérperam, non inflátur, non est ambitiósa, non quærit quæ sua sunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet super iniquitáte, congáudet autem veritatí: ómnia suffert, ómnia credit, ómnia sperat ómnia sústinet. Cáritas numquam éxcidit: sive prophetiæ evacuabúntur, sive linguæ cessábunt, sive sciéntia destruétur. Ex parte enim cognóscimus, et ex parte prophetámus. Cum autem vénerit, quod perfectum est, evacuábitur, quod ex parte est. Cum essem párvulus, loquébar ut párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quando autem factus sum vir, evacuávi, quæ erant párvuli. Vidémus nunc per spéculum in ænigmate: tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognóscó ex parte: tunc autem cognóscam, sicut et cógnitus sum. Nunc autem manent fides, spes, cáritas, tria hæc: major autem horum est cáritas.

GRADUALE (*Ps. 76, 15, 16*) Tu es Deus qui facis mirabília solus: notam fecisti in géntibus virtútem tuam. V. Liberásti in bráchio tuo pópulum tuum, filio Israel et Joseph.

TRACTUS (*Ps. 99*) Jubiláte Deo, omnis terra: servíte Dómino in lætítia. V. Intráte in conspéctu e-

se, není ctižádostivá, nehledá svého prospěchu, neroztrpčuje se, nemyslí o zlém, neraduje se z nepravosti, nýbrž raduje se s pravdou; všechno snáší, všemu věří, všecko doufá, všecko trpí. Láska nikdy nepřestává; i když prorocství zaniknou, aneb jazyky přestanou, aneb věda bude zmařena. Neboť částečně jen poznáváme a částečně prorokujeme. Když však přijde to, co jest dokonalé, přestane to, co jest částečné. Když jsem byl dítětem, mluvil jsem jako dítě, myslil jsem jako dítě, soudil jsem jako dítě. Když však jsem se stal mužem, odložil jsem, co bylo dětské. Nyní patřime skrze zrcadlo v záhadě, ale tehdy tvář v tvář. Nyní poznávám částečně, ale tehdy poznám, jakož i poznán jsem. Nyní však zůstávají víra, naděje, láska, tyto tři; ale největší z nich jest láska.

STUPŇOVÝ ZPĚV (*Ž. 76, 15, 16*) Ty jsi Bůh, který jediný činíš divy; proslavil jsi moc svou mezi národy. V. Vysvobodil jsi ramenem svým národ svůj; syny Israele a Josefov.

TRAKTUS (*Ž. 99, 1-2*) Plesejte Bohu všechny země; služte Pánu s radostí. V. Předstupte před ob-

jes in exsultatióne: scitóte, quod Dóminus ipse est Deus. V. Ipse fecit nos, et non ipsis nos: nos autem pópulus ejus, et oves páscuæ ejus.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam (*18, 31-43*).

In illo témpore: Assúmpsit Jesus duódecim, et ait illis: Ecce, ascéndimus Jerosólymam, et consummabúntur ómnia, quæ scripta sunt per Prophétas de Filio hóminis. Tradétur enim géntibus, et illudétur, et flagellábitur, et nocspuétur: et postquam flagelláverint, occidét eum, et tértia die resúrget. Et ipsi nihil horum intellexérunt, et erat verbum istud absconditum ab eis, et non intelligébant, quæ dicébántur. Factum est autem, cum appropinquáret Jérico, cæcus quidam sedébat secus viam, mendicans. Et cum audíret turbam prætereúntem, interrogábat, quid hoc esset. Dixérunt autem ei, quod Jesus Nazárenus transíret. Et clamávit, dicens: Jesu, fili David, miserére mei. Et qui præfábat, increpábant eum, ut tacéret. Ipse vero multo magis clamábat: Fili David, miserére mei. Stans autem Jesus, jussit illum addúci ad se. Et cum appropinquáset, interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciem? At

líčeť jeho s jásaním; vězte, že Pán sám jest Bůh. V. On učinil nás, a ne my sami: my pak jsme lid jeho a ovce pastvy jeho.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Lukáše (*18, 31-43*)

Za onoho času pojav Pán Ježíš k sobě dvanáct učedníků, řekl jim: Hle, vstupujeme do Jerusalema, a dokoná se všechno, co psáno jest skrze Proroky o Synu člověka; bude totiž vydán pohanům a bude posmíván a bičován a poplíván, a když jej zbičují, zabijí ho; ale třetího dne vstane zmrtvých. Oni však nerozuměli z toho ničemu; a bylo to slovo skryto před nimi a nepoznali, co bylo řečeno. Stalo se pak, když se přibližoval k Jerichu, slepec jeden seděl podle cesty, žebraje. A uslyšev zástup mimo jíti, tázal se, co to jest. A řekli mu, že Ježíš Nazaretský tudy jde. I zvolal řka: Ježíši, synu Davidův, smiluj se nade mnou! Ale ti, kteří šli napřed, plísnili jej, aby mlčel. On však ještě více křičel: Synu Davidův, smiluj se nade mnou. I zastavil se Ježíš a kázal ho k sobě přivésti. A když se přiblížil, otázal se ho řka: Co chceš, abych ti učinil? On pak řekl: Pane, ať vidím. I řekl mu Ježíš: Prohlédni, víra tvá tě uz-